

Inde superato sinu Caps, Tripolin-
itur, ubi famosissimus Piratarum por-
tus: hinc ad ortum se aperit Tajera; re-
gio cultissima.

CYRENAICA, MARMARICA

CYrenaica regio incipit ab altaribus
Fileni, & extenditur ad Catabath-
mo, portus celebrem. Habuit olim
s. civitates. Unde Pentapolis dicta
fuit; videlicet, Cyrenen, Apolloniam,
Ptolemaidem, Arsinoen; Berenicen.
Hodie sub nullius dominio, exposita est
incurfionibus Arabum, & depopulatio-
nibus piratarum.

In Mediterraneo è regione hujus pro-
vinciæ habitaverunt Nasamanes, & Psilli:
itemq; pars Getulorum & Garamantum.

Marmarica extendit se in continen-
tem inter Cyrenaicam & Ægyptum: di-
citur nonnullis Ammoniaca, ab Am-
mone Jove, qui ibi olim oracula

reddebat; quem etiam con-
suluit Alexander Ma-
gnus.